



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 45. Cæsar ad Divi Justi Cœnobium recedens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

tatu obviam procefferat, soleinni ritu ex- **Sæcul. XVI.**  
 cipiebatur: ubi vero littus Cæsar attige- **A.C. 1556.**  
 rat, prostratus in genua osculo demif-  
 se terram libavit, atque in hæc verba  
 prorupit „saluto reverenter communem  
 „omnium hominum parentem, prout  
 „nudus e Matris olim utero prodii, ita  
 „ad alteram hanc Matrem libentissime,  
 „ac libere nudus revertar: „ Porro cum  
 in Cantabriam appulsus prope Burgos  
 esset, paucos admodum sibi obvios vi-  
 dit Hispanos Proceres, sensitque tum  
 primum nuditatem suam. Huic accef-  
 sit & illud, nam ex centum nummum  
 aureorum millibus, quæ pro suis rediti-  
 bus ex immensis opibus sibi tantummo-  
 do se posuerat, quadam parte opus  
 tunc habebat, ut famulos aliquot dona-  
 ret, eosque dimitteret; verum expe-  
 ctandum ei plusculum, nec sine stomacho  
 Burgis fuit, usque dum hæc pecunia  
 redderetur: hanc ille offensionem sicut  
 dissimulanter haud tulit, ita occasionem  
 nonnullis forte præbuit affirmandi, Re-  
 gnis vix ejuratis cœpisse Carolum initi  
 Consilii pœnitere.

### §. XLV.

#### *Cæsar ad Divi Justi Cænobium recedens.*

Cæsar Vallifoletum profectus, unacum  
 Carolo Philippi Filio, qui tum ibi  
 mora-

*Thuan. l. 17.*

*Vera l. c.*

*Belc. comm.*

*p. 27. n. 38.*

**Sæcul. XVI.** morabatur, urbem ingressus est, ibidemque tracta octo dierum mora omnes nobiles Matronas, quæ Proceribus sibi arctiori amicitia junctis nuptæ erant, valere jussit. Sub idem tempus quidam Nobilis admodum facetus nomine Petrus de Sant-Erbas prosperum Cæsari discessum gratulabatur, quem tamen Carolus duntaxat caput suum detegendo salutabat, mox vero Nobilis Cæsarem ita alloquebatur: „Augustissime, „quid hoc pileum coram me detexisti, forte hac submissione, te haud amplius „Cæsarem esse, demonstrare vis. Non sic „Petre, respondit Imperator, sed id ea ex „ratione factum, quia præter hoc officium genus nil, quod tibi rependam, ultra „mihi supereft.

Porro ambæ Reginæ Eleonora, & Maria cum reliquo Cæsarisi comitatu Vallisoleti persistebant, ipse vero relicta hac urbe ad Hieronymianum D. Justi cœnobium recta se contulit. Referunt nonnulli, quod hunc sibi secessum jam quartodecim abhinc annis delegerit, nam istum locum Anno Christi millesimo quingentesimo quadragesimo secundo pertransiens, hocque cœnobium sua honorans præsentia ad eos, qui illum comitabantur, dixerat: „Ecce! veram sedem pro altero Diocletiano.” Id saltem hac in re certum constat, quod jam ineun-

ineunte Anno Domini millesimo quin- **Sæcul. XVI.**  
gentesimo quinquagesimo quinto Petrum **A.C. 1556.**  
Sorbionum Architectum unacum cele-  
berrimo quodam Hortulano Bruxellis  
ad hoc Monasterium præmiserit, ut ibi-  
dem in imo sex cellulæ, necnon hortus  
juxta descriptionem, formamque a se-  
metipso delineatam construerentur. Cete-  
rum hoc Cœnobium in Estremadura  
Lusitanica septem, aut octo leucis a  
Placentina civitate in Lusitaniæ finibus  
prope urbem, quæ Sarandilla appella-  
tur, situm est, & amœnitate vallis,  
circumque adjacentium collum pro-  
spectu ad sacrum recessum satis com-  
modum fuit. Eo Carolus equo ve-  
ctus, ac nonnisi duodecim famulis sti-  
patus se contulit, vixque advenit, cum  
de solutis induciis *antea* Hispaniam  
inter, & Franciam pacts nuntium ac-  
ciperet, quod ægre admodum ferebat,  
spe tamen hac postmodum erectus, qua  
imprudentiam, ac Pontificiorum Nepo-  
tum temeritatem Franciæ rebus brevi  
nocivam fore, Gallosque prosperis, qui-  
bus erant inflati, successibus spoliandos  
augurabatur.

§. XLVI.

*Quotidiana Cæsar's vita in hac  
solitudine.*

*Hist. Eccles. Tom. XLII.*

Ee Por-